

Henricus Langius

**Magnifici Parentis Dn. Johannis Cothmanni, Icti. ...Filio. Dn. Ernesto Cothmanno,  
I.U. Candidato. ...**

Gustrovi[i]: Waltherus, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770472168>

Druck Freier  Zugang



4

MAGNIFICI PARENTIS  
DN. JOHANNIS  
COTHMANNI,

JCTI. ET COMITIS. PALAT. CÆSAR. EX-  
CELL. CELSISSIMORUM. DUCUM. MEKELBURGI-  
CORUM. CONSILIARII. ET CANCELLARII.

EMINENTISS. IN Hinkenhausen HÆ-  
REDITARII. &c.

MAXIMÆ. SPEI. FILIO.

DN. ERNESTO COTH-  
MANNO,

J. U. CANDIDATO. DIGNISSIMO. VIRO - JUVENI  
RERUM. QUARUMVIS. SCIENTIA. INSTRU-  
CTISSIMO. FAULTORI. ATQ; AMICO AD  
ARAM. MIHI. EXOSULANDO.

FELICEM. E. PATRIA. DISCESSUM. FELICIOREM. IN  
VITARE. PROGRESSUM. FELICIS. MUM. IN PA-  
TRIAM. REGRESSUM. EX. INTIMIS. ANIMI.  
SENSIBUS. PRECABAR.

HENRICUS LANGIUS  
DE REGIS. MONTE. BORUSUS.

ACTO. CALENDARUM. OCTOBRIS, ANNI. M. D. C. LVII.

✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠

GUSTROVI,

Typis Danielis Valtheri Typographi Aulici, Anno 1657 LVII.

2147





**I**N terras, Sol fesse, tuas, COTHMANNUS abibit,  
COTHMANNUS Generis Spesq; Decusq; sui.  
Rumpe moras Cœlum, patuli Fax publica Mundi,  
Æquore tolle jubar, Sidera prome tua.  
Non vult COTHMANNUS patriâ latitare sub umbrâ  
Expetit ignotas, ire, redire, vias.  
Concharum nimius nunquam non extitit osor,  
Quæis volupe est semper delituisse domi,  
Condoluit quoties illis, qui Matris adhærent  
Costæ, lacte volunt & Genitricis ali?  
Virtutum sum testis ego COTHMANNE tuarum,  
Cui solitus fueras talia sæpe loqui:  
Mollescunt sub aquâ formosa Coralia segni;  
Durescunt, ea si contegat aura levis.  
Affixos patriæ pariter mollescere glebæ  
Censes, quos terræ pondera inepta vocas,  
Obduci contra concreto cortice mentes,  
Quæ liquere diu patria tecta, putas.  
Scilicet, hæ mores hominum solerter, & urbes  
Explorant, oculis aureq; mira bibunt.  
Detrectant nunquam Caput objectare periclis,  
Fortiter excipiunt tela cruenta necis.  
At, trepidant illi, fugiunt, si sæva procella  
Concutiat leviter propria tecta domus.  
Stat COTHMANNE tibi sententia firma, meare  
Oras per Mundi, discere: *Posse pati.*  
Ad juga cogit equos Auriga, rotasq; perungit,  
En Cistas, quibus est Rheda gravata, graves.  
Conscendis Rhedam, patriasq; relinquis aristas,  
Cognatos quosvis, triste! valere jubes.

Sed



Sed Comitem nullum video, num Solus abibis ?  
 Innumeris loca sunt quæq; referta malis  
 Si Daniam tendas, equites, peditumq; catervæ  
 Opplevère vias, horrida bella gerunt,  
 Et nostras Suevæ, vis illa triaria, turnæ,  
 Percurrit terras, depopulatur agros.  
 Hispanus, Gallus, Teuto, Prutenus, & Anglus,  
 Lithvanus & Russus, nil nisi bella crepant.  
 Sed FRANCOFURTUM fortassis tutior ibis,  
 Dulcis adhuc ubi nunc Pax viget, arma silent.  
 Spissa Virum nubes urbem confluit in istam,  
 Imperii hic septem cernis adesse Patres.  
 Hic Legatorum spectatur pompa verenda,  
 Jussa gerit Regis grandia quisq; sui.  
 Si spectatorum vellem numerare coronam,  
 Icarix numerum dicere coner aquæ.  
 Quisq; videre flagrat Summum Caput, Orbis & Urbis,  
 Vivat quisq; suum promere gestit, ovans.  
 Verum, si minus ex voto suffragia fiant,  
 Tu DEUS illa regas ! itur ad arma statim.  
 Hostiliq; magis gliscunt terrore tumultus,  
 Alter in alterius viscera sæva furit.  
 Ne timeas COTHMANNE tuis insistere cœptis,  
 Grande satellitium cingit utrinq; viam.  
 Sancta cohors circum circa te stipat euntem,  
 Jussu ZABAOth conglomerata, præit.  
 Vota PATRIS, FRATRUMq; preces, te pone sequuntur.  
 Et nos oremus supplice voce DEUM: (tur :  
 Teque tuasque vias tueatur perpete curâ,  
 Reddere te nobis incolumemq; velit.

MA



MAGNE PARENS, GNATUM proprium grandæ-  
va Senectæ

Nunc tua dimittit, mandat abire domo.  
Delicium fuit ille tuum, Seniiq; levamen  
Dulce, Senescens Scipio PATRIS erat,  
Curarum grandi toties quem mole levavit;  
Efficiens prompro pectore iussa PATRIS.  
Fallere jucundis tristes sermonibus horas  
PATRI, semper ei summa libido fuit.  
Sole novo PATREM solvere, & vespere fero  
Jussit cum (dignum laude!) valere bene.  
Grandævoq; SENI nunquam non vidimus omnes  
Vennantem JUVENEM claudere utrumq; lat.  
Heret adhuc, anceps animi, num Filius hæres  
Illasâ PATREM linquere mente queat?  
Inficiatur amor, jubet obsequium, quod amori  
Prævalet. En Soboles æmula tota PATRIS!  
His cunctis GNATI præfers, VIR MAGNE, salutem,  
Consimiles illi reddis amore vices,  
Vis, illum longos Mundi peragrarè recessus,  
Atq; peregrinas provolitare plagas,  
Vis, hominum mores videat, cum moribus urbes,  
Inquirat, quæ sit Publica Summa Rei.  
Vis, colat ingenium Linguarum flore deserto,  
Quo possit Gallis æmula verba loqui  
Ac Italos formare sonos, Batavosq; lepores  
Flex animo semper fundere ab ore suo.  
Orandus Deus, est, ut sani Corporis usum  
Concedat SENIO largiter ipse tuo!  
Quo reducem valeas utrisque amplectier ulnis,  
Et luctu posito gaudia mille feras!

¶¶¶



Sed Comitem nullum video, num Solus  
Innumeris loca sunt quæq; referta  
Si Daniam tendas, equites, pedirumq; ca  
Opplere vias, horrida bella ger  
Et nostras Suevæ, vis illa triaria, turmæ,  
Percurrit terras, depopulatur agro  
Hispanus, Gallus, Teuto, Prutenus, & A  
Lithvanus & Russus, nil nisi bella  
Sed FRANCOFURTUM fortassis tutior  
Dulcis adhuc ubi nunc Pax viget, a  
Spissa Virum nubes urbem confluit in  
Imperii hic septem cernis adesse P  
Hic Legatorum spectatur pompa veren  
Jussa gerit Regis grandia quisq; su  
Si spectatorum vellem numerare coror  
Icaria numerum dicere coner aq  
Quisq; videre flagrat Summum Caput, C  
Vivat quisq; suum promere gestit,  
Verum, si minus ex voto suffragia fiant  
Tu DEUS illa regas litur ad arma  
Hostiliq; magis gliscunt terrore tumul  
Alter in alterius viscera sæva furit  
Ne timeas CO THMANNE tuis insistere  
Grande satellitium cingit utrinq  
Sancta cohors circum circa te stipat eu  
Jussu ZABAO TH conglomerata,  
Vota PATRIS, FRATRUMq; preces, te  
Et nos oramus supplice voce DE  
Teque tuasque vias tueatur perpete cu  
Reddere te nobis incolumemq;

